DE MAGI-
STRATIBVS ATHENIEN-
ſium liber, ad intelligendam non ſo-
lum Græcorum, ſed & Romanorum
politiam, ac omnem ueterum hiſto-
riam, lectu utiliſsimus, poſtremò iam
recognitus, & amplius tertia
parte auctus.

GVLIELMO POSTELLO
Barentonio authore.

*Acceßit locuples rerum & uerborum
memorabilium Index.*

BASILEAE.

GVLIELMVS POSTELLVS MATHEMATVM *& peregrinarum linguarum regius interpres Gulielmo Poyeto Galliæ Cancellario* S. P. D.

MVLTIS nominibus ſum adductus, Cancellarie æquiſsime, ut hanc tenuitatis ingenioli fœturam, qua (ut parentibus prole) nil mihi in hac uita charius, nil dulcius, eſſe poteſt, tibi dicarem. Primò, ut in amicitia hoc paruo quidem, ſed magno labore cõpoſito & collecto opere, me tibi reſpondere oſtenderem, qui ſingulari beneuolẽtia me incogitantem fouere cœperis: ut quum authoris curã ſuſceperis, etiam eius in literis diligentiæ teſtimonium habeas. Alterum eſt, ne ingrati animi notam, qua nil turpius, nil ab humanitate alienius eſſe debet, deſi

DE POPVLI DIVISIONE. Caput I.

Athenienſes, qui & αὐτόχθονες, id eſt indigenæ, nuncupari altius referendæ originis gratia gaudebant, tribus diſtinctos fuiſſe nominibus, ſcriptum non pauci reliquerunt. Inter illos enim erant Εὐπατρίδαι, γεωμόροι, Δημιουργοί. Primò nobilitas, ut Romæ patricij, appellari uolebat. Geomori erant ruſtici, ita dicti, quòd illis iampridem pars aliqua agri Attici ad colendum ceſsiſſet. Artifices, qui artes mechanicas & mercimonia in urbe exercebãt, tertio uocabulo uocari ſolebant. Significabat & Demiurgi uox, præter ſellularios, & eos qui uilioribus artibus uictum ſibi parabant, etiam id munus quod Romani Publicanum uocant. Ii qui erãt aut ætate aut honoribus maiores, inter cæteros dicebantur demogerõtes, quaſi Senatores, quibus à popularibus præcipuè ſumma deferebatur authoritas. Primum alioqui nomen αὐτοχθόνων, non populi fundi aut ciuitate donati fuit, ſed illorum quorum maiores communi omnium conſenſu tantum Athenis uixiſſe, nec aliunde originem traxiſſe aſſererentur. Ambitionis itaque illius gratia

Δημο-

uini helluonibus præſcripta lex à Carolo Imp. 158
uini obſeruatores 156
in Vini potores 159
uirtutis excitandæ fundamenta maxima quæ 86
uirtutis præmium bono iure in conſcientia poſitum 132
uirtutem tribus rebus potiſsimum ali 132
Vlpiani locus 46.80
Vluphegi Turcarū. 85
uocabulorum ſignificatio quomodo moribus corruptis in contrarium abeat 82
undecimuiri, οἱ ἕνδεκα 50
urnularum in iudicando uſus apud Venetos 36
Vulcani ſacra 129

Z

ζευγῖται 7.8
ζητηταί 44

FINIS.

ANNO DOMINI
M. D. LI. menſe
Auguſto.